Admodum reverendo, clarissimo, excellentissimoque viro, D. Iohanni Cocceio, SS. Theologiæ Doctori ac professori in Academia Franequerana celeberrimo, domino fratri in Christo ac symmystæ charissimo.

Per amicum, gratum Deus sciret ac ducat

Franequeram

S P. Eruditissima conjectura tua, vir plurimum reverende et clarissime, de Gogo et Magogo mihi lectu fuit jucundissima, gratissima. Sapit enim profundam textuum prophetarum complurium meditationem. Utinam eximia plurium ingenia his talibus occuparentur, ut ab inanibus certaminibus et inutilibus graphiis tandem aliquando cessarent et quietem optatam Ecclesiæ Dei redderent, ac sibi! Ex antiquæ fidei auditoribus nobis Dionysium Baetium S. D. studiosum cum fiducia tua prudens lubens committo. Dignus enim est ob rarum pietatem, modestiam ac boni consulendi studium, qui foveatur, juvetur, tollatur, ornetur. Permittit nobis egregium Christi ministerium. Itaque proliximis Tibi cum, ut excellentissime, commendo, ne videar tuum in præclara ingenia affectum vocare in dubium. Solennæ tuum diuturnæ observantiæ et hic Dionysius noster intelliget hanc intercessionem meam non esse ἀπροσκόπευτον. Bene vale, vir amicissime, et cum charissimis tuis ex me et meis salve plurimum. Bremæ XXIV. April. anteactis ~~MDXLVI~~ MDXLVI.

Admodū reverendæ dignit. et excellentiæ Tuæ

devotus

Ludovicus Crocius.